Alli Molto RR. Signori PREFETTI Delle XXV. Congregazioni Chericali della Dioceſi

NICCOLO' CANONICO JORIO, PREFETTO Della Congregazione Urbana.

ELla è pur troppo chiara, e diſtinta l'obbligazione, che la Repubblica tutta de' Letterati, e tutto il Clero profeſſa al Reverendiſs. Gio: Chiericato, Prevoſto del Titolo della SS. Trinità di Padova, per Dottrina chiariſſimo, e per Coſtumi, il quale, colle tante ſue ſagre, ed eruditiſſime fatiche, date alla luce, non poco ornamento ha recato alla Poſterità, e ſpezial giovamento a noi Eccleſiaſtici, che, bene ſpeſſo, nelle Congregazioni Chericali, ci ſerviamo delle ſue ſcelte Dottrine, per la deciſione, de' caſi, che ſi propongono. A ciò riflettendo la Pietà gratiſſima dell' Eminentiſs. noſtro Arciveſcovo, pervenutagli tantoſto la notizia della prezioſa Morte di un' Eccleſiaſtico sì eſemplare, e sì dotto, nuovo fregio dell' Età noſtra, dell' Univerſità ſi celebre Padovana, e di tutto l'Ordine Chericale; che ſecondo la qualità del Carattere, ha sì bene impiegati i ſuoi talenti a pubblico benefizio; non ha voluto indugiar punto a parteciparla a tutto il ſuo Clero Urbano, eſortando tutti ad averne ſpeziale la rimembranza appreſſo il Sig. Iddio, e celebrando nel dì appunto primo del corrente, la ſolenne Agenda in ſuffragio della ſua Anima, coll' aſſiſtenza di tutto il Clero medeſimo, sì Secolare, come Regolare. Nè contento di ciò, mi ha comandato, che rendeſſi altresì conſapevoli di una sì deplorabile perdita i Signori Prefetti delle XXV. Congregazioni Chericali della ſua Arcidioceſi, acciocchè per mezo di eſſi, notificata a tutto il Clero Foraneo, ſiccome tutti godono, quei che vogliono, il giovamento delle fatiche degniſſime, laſciateci dal defunto Prevoſto, così tutti di buona voglia s'inducano a recare all' Anima del medeſimo, que' maggiori Suffragi, che la carità, e gratitudine ſpeziale ſaprà lor conſigliare. In adempimento dunque della mente piiſſima, e de' riveritiſſimi cenni di Sua Eminenza, leggerà V. S. la preſente a tutto il Clero, nel primo giorno della ſua Eddomadale Adunanza, movendo tutti efficacemente a non traſcurare un sì ſanto, e ſalutevol conſiglio del proprio Paſtore: la cui religioſa Pietà verſo i Defunti, in ogni cuore, altresì dee riſplendere, de' ſoggetti al ſuo Paſtorale: perchè transfuſo veggaſi a maggior gloria di Dio, e pro dell' anime, ne' Sacerdoti tutti inferiori di queſta vaſta Dioceſi, lo Spirito infervorato del Primo: come già ne' ſettanta Seniori, eletti da Mosè, lo Spirito ſteſſo del lor sì degno Elettore; cui chiaramente fu detto: *Auferam de Spiritu tuo, tradamque eis, ut portent tecum onus Populi*. Ed io reſto intanto pregando il Sig. Iddio, che la conſervi, e feliciti, ed accelleri alla Pietà più ſollecita di V. S., e di coteſto Venerabil Clero, tutta quella pienezza di retribuzione, di cui, con autorità infallibile, ci aſſicura, chi ſcriſſe: *Benefac Juſto, & invenies Retributionem magnam*.

Benevento queſto dì 8. Febbrajo 1718.

F. GIUSEPPE MARIA LANCISI

Al Sig. D. Antonio Cecchetti. Padova.

Molto Illuſtre, e Molto Rev. Sig. Sig. Pad. Colendiſs.

QUanto di vivo dolore m'ha recato la notizia del paſſaggio a miglior Vita del riveritiſſimo mio Monſignor Chiericato, altrettanto di debito parziale mi riconoſco tenuto alla bontà grande di V. S. molto Rev., che sì benignamente ſi è degnata parteciparmela. E' certo, che io non poſſo ſopravivere ingrato a quell' Anima grande, che è ſtata ſempre meco non men cordiale, che generoſa. Comun contento però ne' ſuoi Conoſcenti, e Servi, è, il crederla piamente andata al ſuo Dio a ricever il premio delle ſue rare Virtù, e delle ſue dottiſſime Opere, sì fruttuoſe a Chieſa Santa. Prego ſalute proſpera, e continuata a V. S. molto Rev., la quale potendo quì ſervire, riceverò ad onore ogni ſuo comando, col dimoſtrarmi quale ambiſco d'eſſere

Di V. S. Molto Rev.

Roma 15. Gennaro 1717.

Umiliſs. Divotiſs. ed Obbligatiſs.
F. Giuſeppe Maria Lanciſi.

DONA

DONA DATA

Eccleſiæ, & Monaſterio S. PETRI de Padua

A Reverendiſſimo Domino

JOANNE CLERICATO J. U. D.

Præpoſito Tituli Sanctiſſimæ Trinitatis, Alumno ejuſdem Monaſterii

HIS CARMINIBUS COMPREHENSA.

C*Lavigeri ætherei* ſubeas venerabile *Templum*;
Munificæ noſcas & pietatis opus.
Candelabra Argentea diſpoſita per Aras;
Quadraginta vides, ſingula ſi numeres.
Arte *Cruces* almæ ſimili, pretioque reſulgent:
Materia *Argentum:* ſunt *Quatuor* numero.
Quinque ex *Argento* ſuſpenſæ lampades ardent,
Solers cœlavit quas manus Artificis.
Inſpice diſpoſitis *Convivia Sacra* Tabellis:
Hìc etiam *Argenti* ſplendor, & honor ineſt.
Vaſa Roſas fundunt ſimulata, & Garophylla;
Ducta ex *Argento* cernito *Tergemina*.
Inſerta hinc *Telæ* varios imitantia *Flores*
Aurea Puniceæ ſtamina dant *Caſulam*.
Serica prætexunt *totum Periſtromata* Templum:
Nomen, quod tribuit clara *Damaſcus*, habent.
Non adeunda oculis *Penetralia:* fas modo *caſtæ*
Narrantem audire eſt *interiora Domus*.
Adjectæ antiquis *procurrunt* ordine *Cellæ*
Virginibus ſtatio *latior*, & *melior*.
Dona Joannes hæc *Clericatus* contulit unus,
Sanctæ appellatus *Præpoſitus Triadis*.
Octo Ducatuum ſuperavit *millia ſumptus:*
Sumptum omnem *gratus*, ſed ſuperavit *Amor*.

DE SACRAMENTIS

IN GENERE, AC DE SACRAMENTALIBUS,

Nec non de Sacramentis

BAPTISMI, CONFIRMATIONIS,

ATQUE

EXTREMÆ UNCTIONIS

DECISIONES,

IN QUIBUS

Ex ſtudio, & Reſponſis Cleri Patavini ad Caſus Conſcientiæ, propoſitos Annis 1687. 1688. 1692.

Explicatur tota doctrina concernens eadem Sacramenta, adornata non ſolùm argumentis, & Summariis; ſed etiam variis, & proficuis Eruditionibus, Hiſtoriis, Ritibus, Exemplis, ac curioſis Quæſtionibus ex Theologia, Philoſophia, Medicina, ac utroque Jure collectis.

LIBER PRIMUS.

INDEX ARGUMENTORUM DE SACRAMENTIS IN GENERE.

DECISIO I.

ARGUMENTUM.

Referuntur variæ ſignificationes hujus vocis Sacramenti. Item diverſæ definitiones, ac diviſiones. Sacramenta conſtare Materia, Forma, ac intentione demonſtratur. pag. 1

DECISIO II.

ARGUMENTUM.

Agitur de nullitate, & invaliditate Sacramentorum, quæ laicus fingens ſe Sacerdotem adminiſtravit. Quot, & qualia peccata ipſe commiſerit? Et quibus pœnis ſit ipſe plectendus? Quid agere debeant illi, qui ab eodem Sacramenta ſuſceperunt? 2

DECISIO III.

ARGUMENTUM.

Explicatur quid, & quotuplex ſit Interdictum Eccleſiaſticum? & quæ Sacramenta, eo durante, poſſint miniſtrari? 3

DECISIO IV.

ARGUMENTUM.

Inquiritur, an fuerint Sacramenta in Lege Naturæ, & Moſaica; & quæ? Adam qua die, & hora ſit creatus? ac quando lapſus ſit in peccatum? 5

DECISIO V.

ARGUMENTUM.

Demonſtratur, An Parochi debeant eſſe aſſidui in adminiſtratione Sacramentorum? Quando peccent ob deſidiam? Et an tempore Peſtis debeant ea propriis manibus miniſtrare? 6

DECISIO VI.

ARGUMENTUM.

Explicatur in hac Deciſione, quæ materia ſit apta? quæ inepta? & quæ dubia in quocumque Sacramento? Et docetur, quomodo Materia, & Forma debeant ſimul coexiſtere? p. 7

DECISIO VII.

ARGUMENTUM.

Dilatio quanta eſſe poſſit abſolutionis in confeſſione? Nec non Unctionum intra ſe in Extremæ Unctionis Sacramento? 10

DECISIO VIII.

ARGUMENTUM.

Breviter, ſed clarè docetur, variari poſſe formam Sacramentorum octo modis; & quæ variatio obſit valori Sacramenti? Verba formæ corde, ſeu mente tantùm prolata, non faciunt Sacramentum. 11

DECISIO IX.

ARGUMENTUM.

Refertur nullitas Baptiſmi puero moribundo dati ob defectum Verborum formæ. Quem puerum Eccleſiaſticæ ſepulturæ non eſſe tradendum oſtenditur. 12

DECISIO X.

ARGUMENTUM.

An interrumpere formam Sacramentorum, inſerendo per medium ejus alia verba, vel anteponendo aliquod ex verbis ejuſdem formæ noceat validitati Sacramenti, declarat hæc Deciſio? Item an ly *Et* in forma Baptiſmi ſit de ejus eſſentia. 13

D E C I S I O XI.

A R G U M E N T U M.

Agitur de neceſſaria intentione Miniſtri in conficiendo Sacramento; & explicatur quæ, & qualis debeat eſſe dicta Intentio. Reſolvuntur duo caſus curioſi circa eamdem Intentionem. pag. 14

D E C I S I O XII.

A R G U M E N T U M.

Oſtenditur quis ſit Miniſter ordinarius Sacramentorum? Diſſeritur, An Angeli boni poſſint miniſtrare Sacramenta? nec non Animæ Beatæ, ac ipſa Beatiſſima Virgo Mater Dei? Exempla plurima de iiſdem. 16

D E C I S I O XIII.

A R G U M E N T U M.

Reſolvuntur duo caſus circa validitatem Sacramenti ob errorem Miniſtri, unius in ſenſu verborum, alterius in recta prolatione eorumdem. 17

D E C I S I O XIV.

A R G U M E N T U M.

Inquiritur, an ſuſcipiens Sacramentum debeat eſſe alius à Miniſtro? Et quæ intentio in ſuſcipiente requiratur? Sacerdotes extra Miſſam, Diaconi, Laici, ac mulieres an poſſint ſibi miniſtrare Euchariſtiam? 17

D E C I S I O XV.

A R G U M E N T U M.

Edocet præſens Deciſio, quando liceat petere Sacramenta à Miniſtris indignis; Et quando indignis petentibus ea poſſint à Sacerdote Miniſtrari? 19

D E C I S I O XVI.

A R G U M E N T U M.

Duo præcipui caſus reſolvuntur, An liceat recipere Euchariſtiam à Sacerdote Concubinario illam publicè miniſtrante? Et an danda ſit Concubinis ſe ad eam ſumendam cum aliis ad Sacram menſam præſentibus? pag. 21

D E C I S I O XVII.

A R G U M E N T U M.

Declarat hæc Deciſio quot ſint effectus Sacramentorum? & doctè explicat effectum primum cujuſcumque ſacramenti, ſcilicèt Gratiam. 22

D E C I S I O XVIII.

A R G U M E N T U M.

Enucleantur duo caſus famoſi, de modo, & tempore, quibus recipiat gratiam, tùm qui communicat cum mortali ignorato, tùm qui adultus baptizatur non dolens de actualibus peccatis. 23

D E C I S I O XIX.

A R G U M E N T U M.

Character, qui eſt ſecundus effectus trium Sacramentorum, quid ſit? & in qua Animæ potentia imprimatur? in præſenti Deciſione diſcutitur. Reſpectus debitus Characteri, ne quis peccet miniſtrando Sacramenta in mortali, vel ea ſuſcipiendo cum venialibus. Ornatus Animæ Tertius effectus Sacramentorum remiſſivè explicatus. 25

D E C I S I O XX.

A R G U M E N T U M.

Sacramentalia Eccleſiæ exponuntur quoad eorum numerum, & quoad effectum, qui præcipuus eſt in delendis culpis venialibus. Sed utrùm eas deleat ex opere operato, vel ex opere operantis diſcutitur? cum aliis dubiis Sacramentalia concernentibus. 26

INDEX ARGUMENTORUM DE SACRAMENTO BAPTISMI.

D E C I S I O XXI.

A R G U M E N T U M.

Declarat præſens Deciſio, quid ſignificet hæc Vox Baptiſmus? Eam non eſſe in uſu apud omnes nationes demonſtrat. Duas definitiones Baptiſmi refert, Unam Magiſtri Sententiarum; alteram Scoti. pag. 29

D E C I S I O XXII.

A R G U M E N T U M.

Diſſeritur de Baptiſmo S. Joannis Baptiſtæ? Quo anno natus, & ingreſſus deſertum? Quid eſſent locuſtæ, & mel ſilveſtre, quibus veſcebatur? Quo anno cœperit prædicare? Et qui tunc principabantur in Judæa? tandem referuntur duodecim differentiæ inter Baptiſmum S. Joannis Baptiſtæ, & noſtrum. 30

D E C I S I O XXIII.

A R G U M E N T U M.

Examinatur, & reſolvitur, quanto tempore poſſit differri Baptiſmus tùm infantium, tùm adultorum? Eruditiones variæ de tempore baptizandi infantes, necnon variæ Synodales Conſtitutiones de eadem obligatione. 31

D E C I S I O XXIV.

A R G U M E N T U M.

Relatis octo ſpeciebus Baptiſmi generaliter ſumpti; tribus autem propriis Sacramenti Baptiſmi, & quarta Baptiſmi Campanarum; traduntur curioſæ, & utiles doctrinæ de Campanis, & earum ſex officiis. 33

D E C I S I O XXV.

A R G U M E N T U M.

Diſſeritur de Baptiſmo Fluminis, ideſt de eo, qui datur per Aquam, vel ſolemniter, vel privatè. Differentiæ inter utrumque modum. Deipara, S. Jo: Baptiſta, & Apoſtoli, à quo ſint baptizati? & quando? Tripliciter dari poteſt Baptiſmus Aquæ, & cur immerſio non ſit in uſu? pag. 35

D E C I S I O XXVI.

A R G U M E N T U M.

Declaratur Baptiſmus Flaminis; & de eo refertur, an ſit neceſſarium Votum explicitum, vel ſufficiat implicitum? Item utrùm cum eo ſufficiat Attritio, vel requiratur Contritio ad ſalvandam Animam? 37

D E C I S I O XXVII.

A R G U M E N T U M.

Exponitur Baptiſmus Sanguinis conſiſtens in Martyrio. Quid, & quotuplex ſit Martyrium declaratur; & quot ejus gradus? Conditiones ſeptem neceſſariæ ad verum Martyrium. Ejus ſex effectus cum exemplis, ac variis eruditionibus ſacris. 38

D E C I S I O XXVIII.

A R G U M E N T U M.

Oſtenditur, quando Diaconus poſſit ſolemniter baptizare? necnon Parochus ſuſpenſus à Divinis? 41

D E C I S I O XXIX.

A R G U M E N T U M.

Quænam ſit materia Baptiſmi declaratur in hac Deciſione. Referuntur errores hæreticorum circa ipſam materiam; & reſolvuntur octo dubia à nemine ignoranda circa collationem Sacramenti Baptiſmi. 43

Index Argumentorum de Sacramento Baptiſmi.

DECISIO XXX.

ARGUMENTUM.

Formam Sacramenti Baptiſmi explicat hæc Deciſio, referens errores hæreticorum circa illam, & docens quæ verba ſint in ipſa forma de Præcepto tantùm, & quæ de ejus eſſentia? Plures quæſtiones ſcitu neceſſariæ, ac curioſæ deciduntur attinentes ad ipſam formam. Baptizare extra Eccleſiam non licet, duobus caſibus exceptis; nempè neceſſitatis, & Filiorum Principum. pag. 45

DECISIO XXXI.

ARGUMENTUM.

Diſquiritur an duo Miniſtri eſſe poſſint in baptizando ſimul unicum infantem? Proponuntur, & reſolvuntur duo caſus ſatis curioſi, ſed practici, de duplici Miniſtro in uno, ac eodem Baptiſmate. 46

DECISIO XXXII.

ARGUMENTUM.

Comprobatur neceſſitas Baptiſmi ad æternam ſalutem conſequendam. Diſtinctio Neceſſitatis, ut alia dicatur ſimpliciter, ſeu medii; alia ſecundùm Quid, ſeu Præcepti. Infantes an ſine Baptiſmo poſſint ſalvari? Item an adulti? Errores hæreticorum circa neceſſitatem Baptiſmi? 47

DECISIO XXXIII.

ARGUMENTUM.

Recenſentur effectus duodecim, quos producit in baptizatis Sacrum lavacrum Baptiſmi. Inter eoſdem numeratur ſanitas miraculoſa à deſperatis corporis infirmitatibus. Circa eaſdem varia exempla afferuntur. 48

DECISIO XXXIV.

ARGUMENTUM.

Diſputatur, an liceat baptizare plures infantes unica vice, & actione? Prout etiam an peccet mortaliter ille, qui baptizat exiſtens in peccato mortali. 50

DECISIO XXXV.

ARGUMENTUM.

Oſtenditur, Miniſtros ordinarios Baptiſmi eſſe Papam in toto orbe, Epiſcopum in ſua Diœceſi, & Parochum in ſua Parochia. At in caſu neceſſitatis, quilibet poteſt baptizare, ſervata tamen prærogativa perſonarum hic notata. Utrùm Angeli poſſint miniſtrare Baptiſmum? & an etiam Dæmones. 51

DECISIO XXXVI.

ARGUMENTUM.

In duobus ſequentibus caſibus duo quæruntur, An quis poſſit baptizare ſeipſum? & an Patrinus non baptizatus contrahat cognationem ſpiritualem? Infidelis baptizans eam non contrahit. Sed utique carnalem, ſi coëat cum fideli. pag. 52

DECISIO XXXVII.

ARGUMENTUM.

An in Baptiſmo privato ſit adhibendus Patrinus? & Patrinorum varia nomina, ac conditiones demonſtrantur. Unus tantùm, vel unus, & una ſolummodò admittendi. Si plures? peccant, at contrahunt cognationem. De neceſſitate Patrini; & quando conjuges inter ſe ex hoc priventur jure petendi debiti? 53

DECISIO XXXVIII.

ARGUMENTUM.

Patrini quando ſint obligati inſtruere filios ſuos ſpirituales in rebus fidei, & in Doctrinâ Chriſtiana? Nec non quando teneantur eoſdem in egeſtate poſitos alere? præſens Deciſio demonſtrat. 55

DECISIO XXXIX.

ARGUMENTUM.

Diſquiritur an licitus ſit Baptiſmus datus à Parocho per immerſionem? Et an validus factus ſub Stillicidio? In Caſu neceſſitatis Baptiſmus eſt dandus cum Aqua benedicta. Hinc Aquæ benedictæ quatuor præcipui effectus recenſentur. 56

DECISIO XL.

ARGUMENTUM.

Reſolvitur famoſa Quæſtio, An contrahat cognationem ſpiritualem in Baptiſmo Procurator tenens nomine alterius infantem? An ille, qui miſit ipſum Procuratorem? Item docetur, quinam prohibeantur eſſe Patrini in Baptiſmo. 58

DECISIO XLI.

ARGUMENTUM.

Diſcuſſo dubio, an madefactis aqua digitis ſatis ſit tangere caput baptizandi? diſputatur famoſa Quæſtio, an licita ſit ſectio ventris matris non valentis parturire? Et an ipſa Mater teneatur pati inciſionem, ut fœtus poſſit baptizari? 59

DE-

DECISIO XLII.

ARGUMENTUM.

Quæſtio famoſa diſputatur, An Infantes infidelium invitis Parentibus ſint baptizandi? & fœdere diſtinctionis juridicè reſolvitur. pag. 61

DECISIO XLIII.

ARGUMENTUM.

Ad quem Parochum ſpectet baptizare filium natum ex accidenti extra Parochiam genitorum ejus? reſolvitur hæc Deciſio. Item quid agere debeat Sacerdos vocatus ad obſtetricandum in neceſſitatis Caſu? Et an baptizanda Catechumena phrenetica moribunda? 62

DECISIO XLIV.

ARGUMENTUM.

Agitur de nomine imponendo filiis, dum è Sacro Fonte levantur. Quænam eſſent Regulæ antiquorum in imponendis nominibus filiis ſuis? Exempla Romanorum, Græcorum, ac Germanorum. Chriſtianis vel imponenda nomina Sanctorum, vel quæ non ſint Deorum inanium. Aliæ eruditiones multæ circa nominis impoſitionem. 63

DECISIO XLV.

ARGUMENTUM.

Explicantur Myſteria omnium, & ſingularum Cæremoniarum, quæ ſunt ſtatutæ ab Eccleſia in adminiſtratione Sacramenti Baptiſmi. Item recenſentur aliæ, dignæ ſcitu, quæ olim adhibebantur. 65

DECISIO XLVI.

ARGUMENTUM.

Quia frequenter ſcribunt Hiſtorici ex Mulieribus monſtra naſci, quæ an baptizanda ſint, multi dubitant? ideò in præſenti Deciſione referuntur octo genera Monſtrorum, de quibus in Summario, & docetur, quæ ſint capacia Baptiſmi? 66

DECISIO XLVII.

ARGUMENTUM.

Declarantur aliæ plures ſpecies Monſtrorum in Summario nominatorum. Quæritur an Diabolus poſſit mutare homines in beſtias, & quot, ac quibus modis? Diſſeritur de Nabuchodonoſore tranſmutato in beſtiam. Referuntur partus numeroſi variarum Mulierum. pag. 70

DECISIO XLVIII.

ARGUMENTUM.

Sciſcitantur cauſæ, ex quibus gignuntur Monſtra, & docetur alias eſſe naturales, alias ſupra, alias infra naturam: Hiſtoriis, & exemplis eædem declarantur. 71

DECISIO XLIX.

ARGUMENTUM.

Diſputatur famoſa Quæſtio, an dentur Dæmones Incubi, vel Succubi? & an hi poſſint generare Monſtra vel cubando cum mulieribus, vel ſuccumbendo cum Viris. 73

DECISIO L.

ARGUMENTUM.

Tria curioſa dubia reſolvuntur: An Pater bellua, & Mater mulier ſimul generent? E contra, An Vir Pater cum Matre bellua? Et an feræ diverſarum ſpecierum ſimul coeuntes? Ulteriùs an defectus parentum tranſmittantur in filios? 74

DECISIO LI.

ARGUMENTUM.

Proponit præſens Deciſio, quaſi Monſtra, diverſarum Mulierum monſtroſa exempla: at præcipuè plurium, quæ Virtute, ac Sapientia coruſcarunt; Et aliarum, quæ vitioſæ, vafræque fuerunt. Tandem dat decem Regulas obſervandas pro Baptiſmis monſtrorum. 76

DECISIO LII.

ARGUMENTUM.

Diſcutitur curioſus caſus, An mulier Hebræa gravida fugiens è ſtabulo Judæorum ob deſiderium fidei Chriſtianæ, & interempta à Judæo eam inſequente, ſalva ſit unà cum prole, & tradenda Eccleſiaſticæ Sepulturæ? Hiſtoriæ, & exempla de odio Judæorum in Chriſtianos. 77

IN-

INDEX ARGUMENTORUM DE SACRAMENTO CONFIRMATIONIS.

DECISIO LIII.

ARGUMENTUM.

Referuntur diverſa nomina, quibus nuncupatur Sacramentum Confirmationis. Traditur ejus exiſtentia, inſtitutio, & definitio. Notantur variæ manuum impoſitiones, ac Unctiones Sacræ in Eccleſia. pag. 78.

DECISIO LIV.

ARGUMENTUM.

Tàm de Sacramenti Confirmationis materia remota, quàm de proxima plenè, ac doctè diſſerit præſens Deciſio: & circa utramque materiam plura Dubia, ſcitu unicuique Eccleſiaſtico neceſſaria, proponit, pro utraque opinione examinat, & reſolvit. 80

DECISIO LV.

ARGUMENTUM.

Traditur Forma Sacramenti Confirmationis. Inquiritur an illius Verba ſint omnia eſſentialia ad validitatem Sacramenti? Et quomodo ſuſtineri poſſit forma brevis, qua Græci utuntur? 83

DECISIO LVI.

ARGUMENTUM.

Reſolvit præſens Deciſio, an valeat Confirmationis Sacramentum, ſi ungatur maxilla confirmandi, non autem Frons? Et quid ſi unctio fiat ab Epiſcopo non cum pollice, ſed cum indice digito? vel pollice manus ſiniſtræ? aut cum pennicillo? 84

DECISIO LVII.

ARGUMENTUM.

Agitur de Miniſtro Sacramenti Confirmationis, & docetur, quod ejus Miniſter ordinarius eſt Epiſcopus. Extraordinarius etiam ſimplex Sacerdos ex delegatione Papæ. Tempus, locus, & habitus declarantur, quibus Epiſcopus debet hoc Sacramentum miniſtrare. pag. 85

DECISIO LVIII.

ARGUMENTUM.

Referuntur tres effectus Sacramenti Confirmationis: Character, Gratia, & Cognatio ſpiritualis; ad quos conſequendos docetur requiri tres diſpoſitiones in ſuſcipiente: Baptiſmum, Intentionem, & Statum gratiæ. 86

DECISIO LIX.

ARGUMENTUM.

Propoſitis pluribus generibus perſonarum, quæ non poſſunt eſſe Patrini in Confirmatione; oſtenditur ab his Patrinatus officium ſuſcipientibus, ſi quis non ſit baptizatus, vel non confirmatus, nullam contrahi ſpiritualem cognationem. 83

DECISIO LX.

ARGUMENTUM.

Examinatur, & deciditur famoſa Controverſia, ſi plures Patrini ſuſcipiant eumdem Confirmandum, an omnes cotrahant ſpiritualem cognationem? Tandem demonſtratur, an Sacramentum Confirmationis ſit de neceſſitate ſalutis? 88

IN-

INDEX ARGUMENTORUM DE SACRAMENTO EXTREMÆ UNCTIONIS.

DECISIO LXI.

ARGUMENTUM.

Referuntur diverſa nomina, quibus nuncupatur Sacramentum Extremæ Unctionis. De Octo Unctionibus Sacris, quæ practicantur ab Eccleſia Catholica, ac de earum myſtica ſignificatione; Quòd cadavera Sacerdotum à Græcis unguntur Oleo Sancto, antequàm ſepeliantur. pag. 91

DECISIO LXII.

ARGUMENTUM.

Probatur Exiſtentia Sacramenti Extremæ Unctionis, ejuſque Inſtitutio facta à Chriſto Domino. Adducuntur rationes, ac auctoritates pro hac veritate deſumptæ à Conciliis, à SS. Patribus, & à Traditione Eccleſiæ. Confutantur Lutherani, ac Calviniſtæ hoc Sacramentum negantes; & eorum argumenta reſolvuntur. Oſtenditur triplicem eſſe Traditionem, Divinam, Apoſtolicam, & Eccleſiaſticam. Compendioſa relatio nativitatis, vitæ, ac mortis Martini Lutheri. De origine, & cauſa Epiſtolæ D. Jacobi Apoſtoli. 92

DECISIO LXIII.

ARGUMENTUM.

Diſputatur Ubi, & Quando Sacramentum Extremæ Unctionis ſit à Chriſto Domino inſtitutum? Referuntur duæ opiniones. Inquiritur, An Unctio, quam faciebant Apoſtoli *Marc.* 6. 13. fuerit ſolùm miraculoſa, an etiam Sacramentalis? rationes pro, & contra. Concluditur, hoc Sacramentum fuiſſe inſtitutum à Chriſto poſt ejus Reſurrectionem. Docetur, cur SS. Evangeliſtæ de eo expreſsè non ſcripſerint? 95

DECISIO LXIV.

ARGUMENTUM.

Traditur definitio Sacramenti Extremæ Unctionis, cujus materia eſt Oleum olivarum ab Epiſcopo conſecratum. Explicantur ſex genera Oleorum, & oſtenditur, aliud eſſe Oleum Nominale: aliud Naturale: aliud Artificiale: aliud Supernaturale: aliud Infernale: aliud Sacramentale. Circa omnia prædicta variæ eruditiones habentur, præcipue de bonitate, & uſu Olei naturalis; de obligatione ſolvendi Decimam de ipſo. De Lucernis perpetuis Antiquorum. De Oleo, quo Reges Francorum inaugurantur. Et de aliis miraculoſis multis. pag. 97

DECISIO LXV.

ARGUMENTUM.

Oſtenditur, Materiam remotam Sacramenti Extremæ Unctionis eſſe Oleum olivarum benedictum ab Epiſcopo. Circa quam proponuntur, & elucidantur ſex difficultates, videlicèt: An prædicta Epiſcopalis benedictio ſit de eſſentia Sacramenti, vel tantùm de præcepto Eccleſiæ? An ea fieri poſſit à ſimplici Sacerdote? An confici alia die, quam Feria quinta Cœnæ Domini? An Oleo conſecrato licitum ſit addere aliud non conſecratum? An Oleum Chriſmatis poſſit adhiberi in Extrema Unctione? Et an Oleum vetus benedictum præteritis annis? Eruditiones variæ de Calvini nequitia, de Ritibus Græcorum circa hoc Sacramentum. Reſponſa SS. Congregationum circa prædictum Oleum. 100

DECISIO LXVI.

ARGUMENTUM.

Explicatur Materia proxima Sacramenti Extremæ Unctionis? Et quot Unctiones de ejus eſſentia ſint faciendæ? Referuntur varii uſus antiqui ungendi alias partes corporis præter quinque ſenſus. Ritus Eccleſiæ in Sacramentis immutari non debent. Extrema Unctio quomodo ſit Sacramentum Unum, ſi ad quamcumque Unctionem ſit repetitio formæ? Unctiones ipſæ an ſint faciendæ ſub Signo Crucis de neceſſitate Sacramenti?

vel

vel de Præcepto Eccleſiæ? Eruditiones plures de virtute Signi S. Crucis contra Diabolum. Rituale Romanum habet vim legis. pag. 104

DECISIO LXVII.

ARGUMENTUM.

Enucleantur aliæ tres difficultates circa materiam proximam Sacramenti Extremæ Unctionis. videlicèt An, & Ubi ſint ungendi infirmi carentes organo alicujus ſenſus, ut cæci, ſurdi, ac muti à nativitate; vel non habentes brachia, aut manus? Item an in Unctionibus ſervandus ſit ordo præſcriptus à Rituali Romano? Et an faciendæ ſint Unctiones pollice Sacerdotis, vel etiam virgula oblonga ſaltem tempore Peſtis? Eruditiones, & Hiſtoriæ de cæcis, & de non habentibus brachia, aut manus, ſed facientibus operationes mirabiles. 108

DECISIO LXVIII.

ARGUMENTUM.

Traditur Forma hujus Sacramenti Extremæ Unctionis; & diſputatur, an ad valorem Sacramenti debeat eſſe deprecatoria? vel ſufficiat Indicativa, aut Imperativa? Argumenta pro utraque opinione, quarum tutior, quod debeat eſſe deprecatoria. Formæ Ambroſiana, Veneta, & aliæ hujuſmodi pervetuſtæ etſi viderentur indicativæ, probatur eas fuiſſe deprecativas. Quæ verba in forma Extremæ Unctionis ſint de eſſentia Sacramenti? Curioſi caſus de duobus Presbyteris ignorantibus verba Extremæ Unctionis; & abſolutionis Sacramentalis. 111

DECISIO LXIX.

ARGUMENTUM.

Diſputatur ſatis difficilis Quæſtio, An Laici, ſaltem in caſu neceſſitatis, poſſint miniſtrare infirmis Sacramentum Extremæ Unctionis? Proponuntur ſeptem argumenta, cum exemplis ex vitis Sanctorum deſumptis, quæ videntur favere opinioni affirmativæ; ſed ea fortiter enervantur, & doctiſſimis eruditionibus reſolvuntur. Concluditur, neminem inferiorem Epiſcopo, vel Sacerdote poſſe eſſe Miniſtrum hujus Sacramenti. 114

DECISIO LXX.

ARGUMENTUM.

Diſcutitur famoſa Quæſtio, an Extrema Unctio licitè, & validè dari poſſit uni, & eidem infirmo à pluribus Sacerdotibus ſimul, & eodem tempore? Referuntur ſeptem argumenta pro affirmativa opinione, deſumpta præcipuè ex libro Sacramentorum S. Gregorii Papæ, & aliorum antiquorum Ritualium, nec non ex uſu Eccleſiæ Græcæ. Oſtenditur, licitam non eſſe prædictam adminiſtrationem in Eccleſia Latina, niſi in duobus caſibus neceſſitatis. Et quo ad validitatem Sacramenti diſtinguuntur quatuor Caſus: ac probatur prædictum librum S. Gregorii, & alios Codices antiquos, vel fuiſſe alteratos, vel eſſe intelligendos de ſimplici Unctione curativa, quæ olim erat in uſu; non autem de Sacramento Extremæ Unctionis. 117

DECISIO LXXI.

ARGUMENTUM.

Diſſeritur de propriis Miniſtris Sacramenti Extremæ Unctionis, videlicèt de Epiſcopis erga omnes de eorum Diœceſi. De prima Dignitate Eccleſiæ Cathedralis versùs ſuum Epiſcopum. De Parochis erga ſuos Parochianos. Et de Regularibus tùm Prælatis reſpectu ſuorum ſubditorum, tùm Deputatis ad Sacramenta miniſtranda degentibus in Monaſterio; tùm etiam de aliis Regularibus, qui vocati eſſent ab infirmis extra clauſtra. Diſputatur celebris Quæſtio, an Parochi tempore Peſtis teneantur ungere infirmos Oleo Sancto cum propriæ vitæ periculo? Nec non quibus Laicis Regulares poſſint dare Extremam Unctionem virtute ſuorum Privilegiorum. 124

DECISIO LXXII.

ARGUMENTUM.

Demonſtratur, quando ſimplices Sacerdotes licitè poſſint miniſtrare Extremam Unctionem; & quod ad eam dandam prohibiti ſunt Sacerdotes excommunicati publicè denuntiati, & ab officio ſuſpenſi. Examinatur ardua Quæſtio, An ſimplices Sacerdotes, abſente Parocho, obligati ſint ſub mortali, cum periculo propriæ vitæ, inungere infirmum Oleo Sancto? Explicatur Præceptum Charitatis, & ordo ſervandus in diligendo proximo, ac deciditur Quæſtio affirmativè cum conditionibus, de quibus in ea. Refellitur opinio contraria Joannis Sancii, & P. Thomæ Tamburini, eorumque ſiniſtra interpretatio doctrinæ S. Thomæ, circa obligationem dandi vitam corporalem pro ſalute ſpirituali noſtri proximi. Ultimò traditur, an Medicus tempore Peſtis obligatus ſit mederi infirmis? 128

DE-

DECISIO LXXIII.

ARGUMENTUM.

Duo ſunt cardines, ſuper quibus volvitur hæc Deciſio: Cauſæ ſcilicet, ex quibus oritur Peſtis: & remedia ad ipſam vel evitandam, vel fugandam. Cauſæ aliæ ſunt naturales, aliæ ſupernaturales. Illæ, corruptio aeris, & contactus rerum peſte infectarum. Hæ, hominum flagitia. Aer corrumpitur novem ſecundariis cauſis hìc relatis. Contactus inficit irreparabiliter, ut ex adductis exemplis. Peſtilentiam mitti à Deo ob peccata hominum probatur Scriptura Sacra, & Hiſtoriis. Remedia vel ſunt humana tùm ad medendum, tùm ad præſervandum à Peſte, quorum plura notantur, præcipuè in adminiſtrandis Sacramentis peſte infectis; vel ſunt remedia cœleſtia, nempè interceſſio Deiparæ, S. Sebaſtiani, S. Rochi, & aliorum Sanctorum, de quibus eruditiones variæ, & jucundæ. Hiſtoria Templi Sanctæ Mariæ Salutis Venetiarum, & translationis Imaginis Deiparæ in Eccleſiam P. Carmelitarum Civitatis Paduæ. pag. 133

DECISIO LXXIV.

ARGUMENTUM.

Quatuor circumſtantiæ ſervandæ à Parocho, dum miniſtrat Extremæ Unctionis Sacramentum: ſcilicèt ut ipſe ſit in gratia, & cenſuris non irretitus. Sit indutus Cotta, & Stola. Recitet Orationes à Rituali Romano præſcriptas ante, & poſt Unctiones infirmi, cui agonizanti aſſiſtere debet, donec expiret. In dando Oleo Sancto non ſit nimis properus, nec nimis tardus. Circa prædicta omnia variæ, ac utiles eruditiones, doctrinæ, Hiſtoriæ, atque Exempla. 139

DECISIO LXXV.

ARGUMENTUM.

Utrùm Parochus moribundus, deficiente quocumque alio Presbytero, poſſit ſibi ipſi miniſtrare Sacramentum Extremæ Unctionis? diſputatur in hac Deciſione. Tres rationes Dianæ pro negativa opinione. At pro affirmativa, quæ amplectitur, rationes decem ex Theologia, Jure Canonico, Scriptura Sacra, ac Medicina deſumptæ. 145

DECISIO LXXVI.

ARGUMENTUM.

Firmatur, quod Oleum Sanctum non eſt miniſtrandum homini mortuo, ſed tantum Viatori, ac viventi. Præmittitur definitio, ac diviſio Mortis, nec non cauſa ejus intrinſeca, nempè extinctio caloris naturalis, & humidi radicalis. Si Adam non peccaſſet, homines non morerentur, quia edentes de fructu Ligni Vitæ poſiti à Deo in Paradiſo terreſtri, ſe ſemper ſanos, ac felices ſervaſſent. Quæſita plura, ac curioſa de eodem Ligno Vitæ. Explicatio ſeptem ætatum hominum. Rationes ſex, ob quas Mortui ſunt incapaces Extremæ Unctionis. Objecta duo, & eorum reſolutio, quod olim mortui Oleo Sancto linirentur. pag. 150

DECISIO LXXVII.

ARGUMENTUM.

Quia homo Viator, ut ſit capax Extremæ Unctionis, debet eſſe baptizatus, diſputatur, An Catechumena incognita linita Oleo Sancto in articulo mortis, validè receperit illud Sacramentum? Hac occaſione varia, atque curioſa dubia deciduntur: videlicèt, quo tempore ſit inſtitutus Baptiſmus à Chriſto Domino? An Apoſtoli baptizati fuerint ante, vel poſt Dominicam Paſſionem? Cornelius Centurio, cur receperit Spiritum Sanctum viſibiliter, antequàm baptizaretur? Deipara, S. Petrus, & alii Apoſtoli à quo ſint baptizati? An validè contrahant Matrimonium Catechumeni? Hi an poſſint excommunicari? In loco ſacro ſepeliri? Et accipere Indulgentias? 153

DECISIO LXXVIII.

ARGUMENTUM.

Diſcutitur pulchra Quæſtio, An infantes, & pueri ante uſum rationis valide recipiant Sacramentum Extremæ Unctionis? Argumenta tria pro opinione affirmativa, quæ rejicitur; & redduntur rationes pro negativa. An DEIPARA receperit Extremam Unctionem? Motiva, ac Doctores hinc indè. Uſus rationis in pueris quo anno præſumendus ad effectum, eos ungendi Oleo Sancto? Morientibus eodem tempore Adulto, ac Puero ſeptenni, cui priùs ſit miniſtranda Extrema Unctio. 158

DECISIO LXXIX.

ARGUMENTUM.

Quia Extrema Unctio miniſtranda eſt tantummodò infirmis gravi morbo, non autem levi laborantibus, proponuntur, ac reſolvuntur objecta de S. Heduvige, de S. Malachia, & de Græcis, qui etiam ſanos, aut levi dolore afflitos Oleo Sancto inungunt. Oſtenditur, Unctiones illas Græcorum non eſſe Sacramentum, ſed Sacramentalia. Referuntur plures caſus, in quibus ob improviſa acciden-

cidentia danda eſt Extrema Unctio, nempè in fluxu ſanguinis è naribus, in puerperio, morſu viperæ, deliquio, timore apoplexiæ. Docetur, quando eadem ſit miniſtranda Ebrioſis, Phthiſicis, Hydropicis, peſtiferatis, ac ſenibus? Tandem notantur duo Caſus, in quibus etiam Rei damnati ad mortem Oleo Sancto poſſunt liniri. pag. 160

DECISIO LXXX.

ARGUMENTUM.

Oſtenditur, quod infirmus priuſquàm ungatur Oleo Sancto debet Sacramentaliter confiteri peccata ſua, diſcutitur utilis Quæſtio, Quid agendum à Parocho, ſi infirmus ſenſibus ſit deſtitutus? vel in amentiam prolapſus, itaut non poſſit confiteri? Refertur duplex ſtultitia. Una ſpiritualis, & meritoria, quam Servi Dei affectarunt, inter quos B. Simon Salo, B. Jacoponus, & S. Philippus Nerius: altera naturalis, & miſerrima, cujus ſeptemdecim ſpecies dignæ ſcitu numerantur. Tandem reſolvitur, Extremam Unctionem eſſe dandam infirmis amentibus, qui antea habuerunt uſum rationis; non etiam ſtultis à nativitate, niſi ſub conditione, *Si aliquo modo deliquiſti*. 164

DECISIO LXXXI.

ARGUMENTUM.

Diſputatur, quomodo contingat infirmos peccare, vel ex nimia negligentia, vel ex magna devotione erga Oleum Sanctum? Duo contraria Quæſita examinantur. Unum, an extet Præceptum obligans ſub mortali recipere Extremam Unctionem in periculoſa infirmitate? Alterum, an ſit licitum in eadem infirmitate pluries reiterare ipſam Unctionem Extremam? Primum Quæſitum reſolvitur negativè, tribus caſibus exceptis. Secundum, perpenſo priùs Antiquorum uſu, quatuor concluſionibus declaratur. pag. 169

DECISIO LXXXII.

ARGUMENTUM.

Effectus quinque, quos operatur Extrema Unctio, declarat præſens Deciſio. Hi ſunt gratiæ augmentum, & aliquando gratia prima. Venialium remiſſio quo ad culpam, & quo ad partem pœnæ. Deletio reliquiarum peccatorum. Levamen conſcientiæ. Robur contra tentationes Dæmonis: & ſanitas corporis, ſi expediat animæ ſaluti. Innuuntur tres Theologicæ Quæſtiones de præcellentia dictorum effectuum. De tempore, quo producuntur; & de eorum influxu poſt ſublatum obicem, cum quo fuerat collatum Sacramentum. 173

DE SACRAMENTIS IN GENERE.

DECISIO I.

ARGUMENTUM.

Referuntur variæ ſignificationes hujus vocis Sacramenti. Item diverſæ definitiones, ac diviſiones. Sacramenta conſtare Materia, Forma, ac Intentione demonſtratur.

SUMMARIUM.

1 *Vocis Sacramenti ſignificationes variæ.*
2 *Signa rei Sacræ, quæ non ſunt Sacramenta.*
3 *Sacramenti definitiones variæ.*
4 *Signorum genera tria.*
5 *Differentia inter Sacramenta legis novæ, & veteris.*
6 *Sacramenta quot ſint?*
7 *Sacramentorum diviſio multiplex.*
8 *Sacramenta ex quibus conſtent?*

AD majorem hujus materiæ Sacramentorum
in genere intelligentiam prænotare oportet
ſequentes hujus nominis *Sacramenti* ſignifi-
cationes. Itaque ſciendum, Sacramentum ſignifica-
re 1. Secretum humanum. Tob. 12. *Sacramentum*
1 *Regis abſcondere bonum eſt*, & Apoc. 17. *Dicam ti-*
bi Sacramentum mulieris, ideſt Secretum. 2. Jusju-
randum. Baruch. 5. *Semel pejeratus, nec teſtis ſit,*
nec accedat ad Sacramentum, ideſt ad jurandum.
3. Myſteria divina intellectui humano abſcondita,
puta Sacramentum Trinitatis, ſeu Incarnationis Dei.
Matth. 13. *Vobis datum eſt noſſe myſteria Regni Dei*,
nempe Sacramenta, arcana, & res latentes. 4. Pi-
gnus à litigantibus in loco Sacro depoſitum. Ita
Varro *lib. 4. de ling. lat.* Gonzal. *in c. Omnes dies,*
de Feriis num. 12. ubi plures DD. allegat. 5. Tan-
dem innuere Rem Sacram pertinentem ad Dei cul-
tum, vel ad animæ ſanctitatem, cujus ſignum eſt
Sacramentum; advertendo tamen, quòd non omne
2 ſignum rei Sacræ eſt Sacramentum, nam Manna
ſignum erat Euchariſtiæ; aqua educta per Moyſem
à ſilice ſignificabat gratiam dandam per Chriſtum;
linguæ igneæ, ſuper capita Apoſtolorum in die Pen-
tecoſtes apparentes, innuebant gratiam Confirmatio-
nis, & dona linguarum, & omnes aliæ figuræ ve-
teris teſtamenti, vel etiam legis naturæ ſignifica-
bant omnia Sacra peragenda in lege gratiæ, & ta-
men Sacramenta non ſunt, ut ſubtiliter explicat
Eminentiſs. Cardin. de Lauræa *in 4. lib. Sentent.*
tom. 1. De Sacramentis in genere diſp. 1. art. 1. ubi
contra Lutherum, Zuinglium, Melanctonem, &
cæteros hæreticos Sacramentarios firmat, Sacra-
menti nomen importare ſignum rei ſacræ latentis,
non autem ipſam rem latentem.

His præmiſſis, variæ definitiones Sacramenti à
DD. referuntur. Prima: *Sacramentum eſt ſignum rei* 3
ſacræ. Mag. Sent. *in 4. diſt.* 1. Sed hæc eſt potiùs E-
tymologia, quàm definitio, quia non convertitur
cum definito; non enim omne ſignum rei Sacræ eſt
Sacramentum, ut ſuprà notatum eſt. Secunda: *Sacramentum eſt inviſibilis gratiæ viſibilis forma*. Hugo Victor. *lib. 1. de Sacram. p.* 9. Vaſquez *cap. 4. num.* 26. Sed neque hæc ſubſiſtit, nam ly *Viſibilis* non eſt commune omni Sacramento; verba enim in omni Sacramento requiſita non videntur, & tamen eſſentialiter requiruntur. Tertia: *Sacramentum eſt ſacra, ac ſenſibilis cæremonia, homines aliquo modo ſanctificans; & veram animæ ſanctitatem ex inſtitutione ſignificans*. Suarez *in 3. p. q. 60. art.* 3. Sed & hæc redarguitur; nam dari poſſunt plura vera Sacramenta, quæ tamen hominem non ſanctificant, ut de contrahente Matrimonium cum obice, vel de ſuſcipientibus alia Sacramenta in peccato. Quarta: *Sacramentum eſt cæremonia ſenſibilis, quæ ſuo uſu ſanctificando ſubjectum, ſignificat gratiam internam, cujus eſt cauſa*. Card. de Lugo *de Sacram. diſp. 1. ſect. 2. num.* 23. Sed impugnatur, eò quia Euchariſtiæ ſumptio eſt cæremonia ſenſibilis, quæ ſuo uſu ſanctificando ſubjectum ſignificat gratiam internam; & tamen Sacramentum non eſt ipſa ſumptio, ſiquidem Euchariſtia eſt Sacramentum abſque ſumptione. Ulteriùs allata definitio convenit Martyrio, quòd ex opere operato gratiam confert ex multorum ſententia; & tamen Sacramentum non eſt. Eminen. Card. de Lauræa *d. tom. 1. de Sacram. in genere diſp. 1. art. 4. num.* 55. Quinta: *Sacramentum eſt ſignum ſenſibile, gratiam Dei, vel effectum ejus gratuitum efficaciter ſignificans, ex inſtitutione divina, ordinatum ad ſalutem hominis viatoris*. Scotus *in 4. diſt. 1. q.* 2. M. Hæc videtur perfecta definitio, continens genus, & differentias, quibus Sacramenta novæ legis demonſtrantur, & ab aliis tum naturæ, tum veteris legis Sacramentis, cæteriſve cæremoniis ſacris diſtinguuntur, ut plenè comprobat Emin. Card. de Lauræa *d. diſp. 1. art. 4. à num.* 59. Et cùm ferè quilibet Doctor ſuam propriam alleget definitionem, cæteris omiſſis, non eſt omittenda illa Card. Toleti *lib. 2. cap. 15. num.* 1. videlicet, *Sacramentum eſt ſignum ſenſibile ſpiritualis animæ ſanctificationis, ad cultum veri Dei, à Chriſto Domino inſtitutum*. In qua definitione *Signum* eſt genus;